

homines jurant, dicuntque : *Vivit Dominus* ; si accidero, ut fulgur gladium meum, et arripuerit iudicium manus mea, q. d. : Cum præparavero gladium ultionis mee, ut sicut fulgur luceat, terreat, ac citissime penetret, et ultrix potentia mea conversata fuerit ad faciendum iudicium, reddam ultionem hostibus meis. Cogita quam terribile sit, eritque iudicium Dei, præsertim extremum, quo damnati ad iudicabuntur gehennæ. Audi S. Anselm. lib. de Miseriâ hominis : Hinc erunt accusantia peccata, inde terrensus iustitia; subitus patens horridum chaos inferni, desuper iratus iudex; infus urens conscientia, foris ardens mundus. Justus vix salvabitur; peccator sic deprehensus, in quam partem se premet ?

VERS. 42. — *INERIBARO SAGITTAS MEAS SANGUINE, q. d. : Sagittas meas omnino imbuam sanguine, scilicet cruce. Occidorem, ut sequitur, et de captivitate nudati inimicorum captivis, id est, cruce captivorum inimicorum, qui nudati sunt capitis, seu nudato capite, quasi victi et capti, ante victores hostes incedere coguntur.*

VERS. 43. — *LABDATE, GENTES, POPULUM EJUS. Ejus, scilicet Dei, q. d. : O gentes, dùm hæc intelligitis, laudate populum Domini, cū quod tam propitium et justum habeat Dominum; licet enim ipse eum ad tempus traderit hostibus impii puniendum, tamen tandem ulciscetur, et rependet talionem hostibus ejus, ac miserabitur populi sui, ad se reversi.*

Septuag. paraphrastice ita vertunt : *Letamini, cæli, simul cum eo, et adorent eum universi angeli Dei. Letamini, gentes, cum populo ejus, et roborentur in eo omnes filii Dei; quoniam sanguinem filiorum ejus ulciscetur, etc.* Quod de gentium vocatione pulchrè explicat hic Theodor. q. 42, imò Apostolus Rom. 11, 15, quia sicut ad litteram hisce verbis promittitur liberatio populi Dei à violentiâ hostium suorum, ita mysticè promittitur liberatio futura per Christum, que tam gentibus, quam Judæis præstata est.

VERS. 44. — *VENIT ERGO MOYSES, ET LOCUTUS EST, etc., IN AURIBUS POPULI: locutus est populo audienti et assultanti. Est anacephalosis; recapitulat enim hic Script. quod Moses hoc canticum audivit et didicerit à Domino in tabernaculo cap. præc. v. 15 et 19, illudque deinde populo promulgavit.*

## CAPUT XXXIII.

1. Hæc est benedictio, quæ benedixit Moyses, homo Dei, filius Israel ante mortem suam

Querit S. Chrys. in Isaia 4, cur canticum hoc vocet canaque Moses, cum potius sit aeris populi obijurgatio? ac respondet, sapienter enim id facere, ut cantu leniat asperitatem obijurgationis. Ex usu, ait, spiritualis sapientia, modulatione cantici dejectionem cui suffragatus est. Nimirum ars fuit boni pastoris animarum, quasi ad fistulam dulcedicare ovisibus amara pabula, que tamen noverat profutura saluti.

VERS. 46. — *POSITÆ CORDA VESTRA IN OMNIA VERBA, mentem apponite, et attendite ad omnia verba mea, QUE EGO TESTIFICOR, id est, seriò practico, VOES, in hæc die quæ moriar, adhibitis testibus, scilicet invocans cælum et terram.*

VERS. 48, 49 et 50. — *LOCUTUSQUE EST DOMINUS AD MOYSEN IN EADEM DIE, DICENS: ASCENDE IN MONTEM ABARIM, etc., QUEM CONSCENDENS JUNGENS POPULUS TUUS. Hinc satis colligitur, Moysen eodem die quo cecinit hoc canticum conscendisse montem, ex eoque speculatum esse terram sanctam, ac mox vitâ esse defunctum.*

VERS. 49. — *ABARIM, id est, TRANSITUM; transituum, non est in hebræo, sed ab interprete explicationis gratiâ est additum; nam Abarim hebr. significat transitus, in plurali, fortè quia per eum pluribus viis ex Moab transibat in Chanaan. Unde Chald. interpres montem Abarim, vertit, montem transennium. Rursum per hunc montem transivit Moyses, non in Chanaan, sed ex hæc vitâ in Limbum, et inde in cælum. Conscendamus et nos eam Mose sæpè montem Abarim, et transitum nostrum ex hæc vitâ in alteram speculemur, que ibi nos domus expectet, quis locus, qui civis, quod seculum, que æternitas, discamusque mori et transire. Ita ascendit S. Basil., sed Mose directiùs, de quo audi S. Greg. Nazianz. in ejus laudibus : Cùm autem cursu confecto, fide que servatâ resolutionis desiderio teneretur, tempusque coronarum appeteret, aque illud quidem non audisset : *Ascende in montem, et morere; verum: Morere, et ad nos ascende; hic quoque miraculum edit superioribus necquaquam inferiis. Nam eùm feram mortuus et inaninis esset, maximâque ex parte vitâ perfuctus, circa extremos sermones invalescit, ut cum pietatis verbis abscederet.**

IN MONTEM NERO. Nebo erat jugum, vel cacumen montis Abarim.

VERS. 52. — *E CONTRA, è regione.*

## CHAPITRE XXXIII.

1. Voici la benediction que Moïse, homme

2. Et ait : Dominus de Sinai venit, et de Serortus est nobis; apparuit de monte Pharan, et cum eo sanctorum millia. In dexterâ ejus ignea lex.

3. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt; et qui appropinquant pedibus ejus, accipiunt doctrinâ illius.

4. Legem præcepit nobis Moyses, hæreditatem multitudinis Jacob.

5. Erit apud rectissimum rex, congregatis principibus populi cum tribus Israel.

6. Vivat Ruben, et non moriatur, et sit parvus in numero.

7. Hæc est Judæ benedictio : Audi, Domine, vocem Judæ, et ad populum suum introduce eum; manus ejus pugnabunt pro eo, et adjutor illius contra adversarios ejus erit.

8. Levi quoque ait : Perfectio tua, et doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, et judicasti ad aquas Contradictionis;

9. Qui dixit patri suo, et matri suæ : Nescio vos, et fratribus suis : Ignoro vos; et nescierunt filios suos. Ii custodierunt eloquium tuum, et pactum tuum servaverunt,

10. Judicia tua, ô Jacob, et legem tuam, ô Israel! ponent thymiama in furore tuo, et holocaustum super altare tuum.

11. Benedic, Domine, fortitudini ejus, et opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum ejus, et qui oderunt eum non consurgant.

12. Et Benjamin ait : Amatissimum Domini habitabit confidenter in eo : quasi in thalamo totâ die morabitur, et inter humeros illius requiescet.

13. Joseph quoque ait : De benedictione Domini terra ejus, de pomis cæli, et rore, atque abyssis subjaccante :

14. De pomis fructuum solis ac lune :

15. De vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum.

de Bæur, donata aut enfans d'Israël avant sa mort.

2. Il dit : Le Seigneur est venu de Sinai; il s'est levé sur nous de Séir; il a paru sur le mont Pharan; et des millions de saints anges étaient avec lui. Il portait en sa main droite la loi écrite de son doigt, qu'il nous a donnée en un milieu du fest, par un effet de son amour pour nous.

3. Car il a aimé les enfans de Jacob; il les a choisis d'entre les peuples pour son héritage. Tous les enfans d'Israël, qui sont saints et consacrés à son service, sont dans sa main; ils sont sous sa protection puissante; et tous ceux qui se tiennent à ses pieds, et qui sont soumis à ses lois, recevront ses instructions et sa doctrine; c'est ce que nous avons éprouvé nous-mêmes.

4. Car Moïse nous a donné de sa part une loi, pour être l'héritage de tout le peuple de Jacob, et pour attirer sur lui les bénédictions du Seigneur.

5. Elle tiendra lieu de roi dans Jacob, tant qu'il aura le cœur droit, tant que les princes du peuple seront unis avec les tribus d'Israël.

6. Moïse dit ensuite : Que Ruben vive, et qu'il ne meure pas; mais qu'il soit en petit nombre, pour le punir de l'inceste qu'il a commis avec la femme de son propre père.

7. Voici la benediction de Juda : Seigneur, écoutez la voix de Juda, et donnez-lui parmi son peuple la part que vous lui avez destinée; ses mains combattront pour Israël, et il sera son protecteur contre ceux qui l'attaqueront.

8. Il dit aussi à Lévi : Ô Dieu, votre protection et votre doctrine ont été données à l'homme que vous vous êtes consacré; que vous avez éprouvé dans la tentation; et que vous avez jugé, aux eaux de Contradiction, indigne d'entrer dans la terre que vous nous avez promise.

9. Qui a dit à son père et à sa mère : Je ne vous connais point; et à ses frères : Je ne sais qui vous êtes. C'est ce qu'on fait les Lévites; car ils n'ont point connu leurs propres enfans, et ils n'ont point été touchés de compassion pour eux, lorsqu'il s'est agi de venger l'outrage fait au Seigneur. Ce sont ceux-là qui ont exécuté votre parole, ô mon Dieu! et qui ont gardé votre alliance.

10. Qui ont observé vos ordonnances, ô Jacob, et votre loi, ô Israël! Ce sont ceux-là aussi, ô mon Dieu! qui offriront de l'encens dans le temps de votre fureur; et qui mettront l'holocauste sur votre autel, par un privilège singulier que vous avez accordé à la tribu de Lévi.

11. Bénissez sa force, Seigneur, et recevez les œuvres de ses mains. Chargez à dos ses ennemis, et que ceux qui le haïssent tombent sans pouvoir se relever.

12. Moïse dit aussi à Benjamin : Ce peuple, qui est le bien-aimé du Seigneur, demeurera en lui avec confiance; il habitera tout le jour autour de son temple, comme dans sa chambre nuptiale; et il se reposera entre ses bras, s'y trouvant à couvert de la violence de ses ennemis.

13. Moïse dit aussi à Joseph : Que la terre de Joseph soit remplie des bénédictions du Seigneur, des fruits du ciel, de la rosée, et des sources d'eau cachées sous la terre.

14. Des fruits produits par la vertu du soleil et de la lune,

15. Des fruits qui croissent sur le haut des

16. Et de frugibus terre : et de plenitudine ejus. Benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat super caput Joseph, et super verticem Nazaræi inter fratres suos.

17. Quasi primogeniti tauri pulchritudo ejus, cornua rhinocerotis cornua illius; in ipsis ventilabit gentes usque ad terminos terre. Hæc sunt multitudines Ephraim; et hæc milia Manasse.

18. Et Zabulon ait : Lætare, Zabulon, in exitu tuo, et Issachar, in tabernaculis tuis,

19. Populos vocabunt ad montem : ibi immolabant victimas justitiae. Qui in undatione maris quasi lac sugent, et thesauros absconditos arenarum.

20. Et Gad ait : Benedictus in latitudine Gad; quasi leo requievit, cepitque brachium et verticem.

21. Et vidit principatum suum quod in parte sua doctor esset repositus; qui fuit cum principibus populi, et fecit justitias Domini, et iudicium suum cum Israel.

22. Dan quoque ait : Dan catulus leonis, fuet largiter de Basan.

25. Et Nephthali dixit : Nephthali abundantia perfructur, et plenus erit benedictionibus Domini : mare et meridiem possidebit.

24. Aser quoque ait : Benedictus in filiis Aser, sit placeans fratribus suis, et tingat in oleo pedem suum.

25. Ferrum et æs calcamentum ejus. Sicut dies juvenutis tue, ita et senectus tua.

26. Non est Deus alius ut Deus rectissimi :

montagnes anciennes, et sur les collines éternelles.

16. De tous les grains et de toute l'abondance de la terre. Que la bénédiction de celui qui a paru à Moïse dans le buisson ardent vienne sur la tête de Joseph, sur le haut de la tête de celui qui a été comme un Nazaréen entre ses frères, par son élévation au-dessus d'eux, et son attachement au Seigneur.

17. Sa beauté est semblable au premier-né du taureau; ses cornes sont semblables à celles du rhinocéros : sa force et sa puissance sont très-grandes; il enlèvera en l'air tous les peuples jusqu'aux extrémités de la terre. Telles seront les merveilles qu'opéreront les troupes innombrables d'Ephraïm, et les millions de peuples qui composeront la tribu de Manassé.

18. Moïse dit ensuite à Zabulon : Réjouissez-vous, Zabulon, dans votre partage qui vous donne une sortie sur la mer, et vous met en état de trafiquer dans les pays les plus éloignés. Pour vous, Issachar, vous vous réjouirez dans le repos que vous goûterez dans vos tentes, et dans l'abondance que vous procurera votre riche et fertile pays.

19. Vos enfants, ô Zabulon ! porteront la connaissance du vrai Dieu chez les étrangers; ils appelleront les peuples les plus éloignés sur la montagne consacrée au Seigneur, où ils lui immoleront des victimes de justice, telles qu'il les demande. Ils suceront comme le lait les richesses de la mer que leur attirera leur commerce, et ils découvriront les trésors cachés dans le sable, d'où ils sauront tirer l'or et l'argent.

20. Moïse dit à Gad : Gad a été comblé de bénédictions dans l'étendue de son partage. Il est exposé comme un lion fort et puissant, qui ne craint rien de la part de ses ennemis. Quand ils ont osé l'attaquer, il leur a saisi le bras et la tête, et il les a soumis.

21. Il a demandé le premier pays qui a été conquis sur les ennemis du Seigneur, parce qu'il a reconnu sa prérogative, en ce que Moïse, le docteur d'Israël, devait, après sa mort, être mis dans le voisinage de cette terre qu'il demandait pour son partage. Avant de s'y reposer, il a marché avec les princes de son peuple contre leurs ennemis; et il a ainsi observé, à l'égard d'Israël, les lois du Seigneur et les ordres qu'on lui avait prescrits de sa part, et auxquels il s'était soumis.

22. Moïse dit ensuite à Dan : Dan est comme un jeune lion qui cherche sa proie; il se répandra de même au-delà de Basan, et il s'étendra bien loin, ne pouvant se tenir dans les bornes étroites de son partage.

25. Moïse dit aussi à Nephthali : Nephthali jouira en abondance de toutes ces choses; il sera comblé des bénédictions du Seigneur; il possèdera la mer, ou le lac de Gènesareth, et le pays qui est au midi.

24. Il dit ensuite à Aser : Qu'Aser soit béni entre tous les enfants d'Israël; qu'il soit agréable à ses frères, et qu'il trempe son pied dans l'huile. C'est l'avantage que lui procurera son riche et fertile pays.

25. Sa chaussure sera de fer et d'airain. Les jours de sa vieillesse, ô Aser ! seront comme ceux de la jeunesse, pleins de santé, de force et de vigueur. Il n'en faut pas être surpris :

26. Il n'y a point d'autre Dieu qui soit comme

ascensor caeli auxiliator tuus. Magnificentia ejus discurrunt nubes.

27. Habitaculum ejus sursum, et subter brachia sempiterna : ejectione facie tua inimicum, dieoque : Contere.

\* 28. Habitabit Israel confidenter, et solus. Oculis Jacob in terra frumenti et vini, codique caligabunt rore.

29. Beatus es, tu Israel : quis similis tui, popule, qui salvaris in Domino? scutum auxiliarii tui, et gladius gloriae tuae : negabunt te inimici tui, et tu eorum colla calcabis.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — HÆC EST BENEDICTIO, QUÆ BENEDIXIT MOÏSES HOMO DEI FILIIS ISRAEL. Homo Dei, id est, amicus, propheta, legislator, doctor et princeps Dei. Vide dicta I Thimoth. 6, 11.

VERS. 2. — DOMINUS DE SINAI VENIT, ET DE SEIR ORTUS EST NOBIS : APPARUIT DE MONTE PHARAN. Judei aliqui sic exponunt, q. d. : Deus primò presentavit legem suam Idumæis, qui habitabant in Seir, et orant de semine Isaac; verum cum Deus pronuntiaret Decalogum, et pervenisset ad quantum præceptum : Non occides, dixerunt Idumæi : Nolumus istam legem, quia patri nostro dictum fuit : Vives in gladio, Genes. 27, 29. Deinde ivit Deus ad Ismaelitas, posteros Abrahæ, habitantes in Pharan; cumque eis legeret præceptum sextum : Non machaberis, recusarunt et illi, dicentes, quod patri suo dictum esset, eum valde debere multiplicari, Genes. 21, 15. Unde tandem Deus venit ad Judæos in Sinâ, eisque Decalogum proposuit, qui eum avidè acceperunt; hocque esse quod hic dicitur : De Seir ortus est nobis; quis non ridet nugones et fabulones istos?

Sensus ergo est, q. d. : Dominus de Sinâ venit ad nos, dum inde nobis legem dedit et promulgavit, Exodi 19 et 50. Secundò, in monte Seir, quasi sol quidam nobis exortus est, cum multis morsu ignitorum serpentum vulneratis, serpentem aneum erigi jussit, quem qui aspicerent, sanarentur, Num. 21. Hoc enim contigisse eo tempore, quo Hebræi circumierunt montem Seir, sive Idumæam, colligitur Deut. 1, v. 49, et c. 2, v. 28. Tertio, in monte Pharan apparuit nobis, dando coturnices, et judices 70 constitundo, Num. 11. Hic allusit Habacuc c. 3, v. 5, dum ait : Deus ab Austro (ab Idumæâ,

le Dieu du peuple d'Israël, ni qui puisse, comme lui, combler de biens ceux qui ont le cœur droit. En effet, votre protecteur, ô Jacob ! est celui qui monte au plus haut des cieux. C'est par sa haute puissance qu'il règle le cours des nuées.

27. Sa demeure est au plus haut des cieux, et au-dessous il fait sentir les effets de son bras éternel. Il fera fuir devant vous vos ennemis, et il leur dira : Soyez réduits en poudre.

28. Ainsi, sous sa protection puissante, Israël habitera sur la terre, dans une pleine assurance, et il y habitera seul. L'œil de Jacob terra sa terre pleine de blé et de vin; et l'air sera obscurci par l'eau de la pluie et de la rosée, qui tombera sur les terres pour les rendre fécondes.

29. Tu es heureux, ô Israël ! Qui est semblable à toi, ô Jacob ! ô peuple qui trouves ton salut dans le Seigneur ! Il te sert de bouclier pour te défendre, et d'épée pour te procurer une glorieuse victoire. Tes ennemis refuseront de te reconnaître : mais tu te les assujétiras, et tu leur mettras le pied sur le cou.

que Judææ est australis) venit, et Sanctus de monte Pharan, q. d. : Filius Dei, qui in monte Pharan et Seir Judæis apparuit, nec postea visus est, sed tibi quasi delinuit, ad nos venit manifestus, dum carnem nostram assumpit.

Ubi nota, Sinâ, in quo data est lex vetus, fuit typus Sionis, in quà promulgata fuit lex nova in Pentecoste; in Seir serpens aneum fuit typus crucis Christi : Pharan, ubi 70 judices impleti sunt spiritu Dei, fuit typus missionis Spiritus sancti in Apostolos et septuaginta discipulos Christi. Inò S. Augustinus hæc prophetice ad litteram de Christo intelligit. Sinâ enim inquit, hebr. idem est quod tentatio (si videlicet per metathesin à radice nasâ, id est, tentavit, derivetur). Venit ergo Dominus, puta Christus, ex Sinâ, id est, ex tentatione passionis et mortis. Secundò Seir, id est, pilosus, significat peccatorem. Christus ergo illuxit ex Seir, quia sordentibus in tenebris et umbrâ mortis lux orta est per Christum, vel ex Seir, id est, ex gentibus peccatricibus; in his enim claruit predicatio et gratia Christi. Tertio, festinavit Christus ex monte Pharan, id est, fructifero, hoc est, Ecclesiâ, cum multis millibus sanctorum, qui per Christum sanctificati sunt, cum quibus venit, id est, veniet, Christus ad Israelitas in fine mundi colligendos et convertendos. Verùm hic sensus potius allegoricus est, quam literalis.

ET CUM FO SANCTORUM MILLIA, puta millia angelorum, qui Deo semper adstant et ministrant, Daniel 7, 10. Rabbini per sanctos accipiunt prophetas et doctores qui condiderunt Thalmud, eo quod hi suum Thalmud, illi suas prophetias, tum à Domino acciperint; omnes enim

ipsorum animas jam tum exitisse et fruisse cum Deo in Sinâ. Ita fabulones isti suis fabulosis per suas fabellas applaudunt.

IN DEXTERA EIUS IGNEA LEX. Dicitur Deus in Sinâ dextera sua quasi portasse et tradidisse legem igneam, quia eam dedit eum ignibus et fulguris intermicantibus, idque ad terrorem Hebræorum, Exodi 19, 18. Porro Cajetanus hæc ita explicat, ut non Deus ipse legem portet, sed ad majorem pompam portaretur a ministris, puta ab angelis, propè dexteram ejus, liber legis et ignis, ut per hoc significaretur Deum per legem judicaturum et per ignem punitorum legis violatores. Unde et pro Dominus, hebr. est *Elohim*, id est, judex.

Allegor. hæc lex ignea significabat legem novam, que est amoris, de qua Christus : *Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut accendantur?* Lucæ 12, v. 49. Hinc tropologicè S. Gregorius homil. 50 in Evangel. : « Dextera, « inquit, Dei appellantur electi; in dextera « ergo Dei est ignea lex, quia electi mandata « celestia nequaquam frigido corde audiunt, « sed ad hæc amoris intimi facibus inarde- « scunt. »

VERS. 5. — DILENT POPULOS, OMNES SANCTI IN MANU ILLIUS SUNT : *populos*, id est, tribus duodecim Israel : hæ enim vocantur populi et gentes, Gen. 48, 19, q. d. : Ideò Deus dedit legem suam vobis qui estis populus Dei, quia vos diligite; hinc etiam omnes sancti, id est, ejus cultui dicati, quales estis vos, in manu, id est, potestate et gubernatione Dei sunt.

ET QUI APPROPINQUANT (hebr. est *tuccu*), id est, qui medi facti sunt, vel inserti sunt (*toch* enim significat medium) PEDIBUS EIUS, id est, qui discipuli ejus sunt, qui eum audiunt, ejusque pedes et vestigia sequuntur. Discipulorum enim est sedere ad pedes, vel inter pedes magistris. Sic Paulus Actor. 22, 5, ait, se educatum ad pedes Gamalielis; hi accipiunt doctrina ejus, scilicet Dei.

VERS. 4. — LEGEM PRÆCEPIT NOBIS MOYSES. Loquitur Moses de se in tertiâ personâ, quasi de alio, ut se ostendat, velut unum de populo, obligatum esse hæc suâ, imò Dei lege, uti boni et humani legislatores facere solent.

HEREDITATEM MULTITUDINIS JACOB. Est appositio; legem enim vocat hereditatem, quia æquè ut hereditas transmittenda erat ad posterum; vel quia hereditas terræ sanctæ data erat Hebræis sub hæc conditione, si servarent legem Dei; vel unieque, quia eis ita clara esse debebat, ut chara est hereditas.

VERS. 5. — ERIT APUD RECTISSIMUM REX, q. d. : Apud Israelæm, quamdiu rectus et probus permanebit, rex erit lex Dei; vel potius Deus regens eos per legem, sine alio rege, idque CONGREGATIS PRINCIPIBUS POPULI CUM TRIBUTIS ISRAEL, id est, quamdiu principes cum populo unanimes erunt, et conspirabunt, viventque secundum legem Dei. Ita Abulens., Cajetanus et alii. Hinc à rectitudine hæc descendentibus Judæis, et petentibus regem, non Deum, sed hominem, queritur Deus apud Samuelem, atque : *Non te abjecerunt, sed me, ne regnum super eos, 1 Reg. 8, 7.* Alii putant, hic esse prophetiam de rege Saule, et post eum Davide creando; sed huic expositioni non consonat vox *rectissimi*. Alii ad Mosem hæc referunt, quod ipse fuerit quasi rex Hebræorum : sed repugnat *non erit*, jam enim transierat ducatus Moysi, eratque ipse in limine mortis.

VERS. 6. — VIVAT RUBEN, ET NON MORIATUR, ET SIT PARVUS IN NUMERO, q. d. : Non moriatur penitus, neque deficiat unquam posteritas ei tribus Ruben, videlicet ob peccatum incestus quod ipse in patrem admisit; ob hoc enim excindi et deleri merebatur. Verum in gratiam patris, avi et abavi, mitigavit hanc penam Deus, effecitque, ut parva tantum esset in numero; illud idem prædixit Jacob pater Ruben, Genes. 49, v. 4 : *Effusus es, inquit, sicut aqua* (per libidinem et incestum), *non cresces*. Nota hic congrua et justa penam libidinis, et præsertim incestus : est imminutio, imò extinctio familie. E contrario Ephraim, qui Ruben hæc parte in primogeniturâ successit, valde multiplicatus est, ut patet Genes. 48, 19.

Nota. Moses jam moriturus hic morem patriarcharum imitatur, atque populo suo, cuius dux et quasi pater fuerat, benedicit, et prophetice statum cujusque tribus futurum prænnuntiat. Omitit autem Simeonem, secundogenitum Jacobi filium; nam quod Septuag. ejus nomen hæc interjiciunt, vertuntque, *et sit Simeon multus in numero*, omninò verisimile est, Simeonis nomen vitiosè hic irrepisisse, nam illud non habent Hebr., Chald. et noster : imò nec S. Ambros., Procop., Apollinar., Diodor., Epiphanius et Theodor., qui sequi solent Septuag.; unde nomen Simeonis hic omittitur in editione romana Septuag. quam edidit Caraffa. Porro, quod Septuag. vertunt, *sit multus in numero*, cum noster contrariè vertat, *sit parvus in numero*, inde accidit, quod hebræa habeant : *Et sit virorum ejus numerus, quod Septuag. sic acciperunt, q. d. : Sit ingens eorum numerus;*

cum noster contrarium, scilicet, *parvus*, intellexerit, nimirum secutus hebræam phrasim, *quæ viri numerum* vocantur viri pauci. Chald. analogicè ita vertit : *Vivat Ruben in vitâ æternâ, et non moriatur morte secundâ, et accipiant filii ejus hereditatem suam juxta numerum eorum*. Causa verò, cur Moses omiserit Simeonem, est, quod hæc tribus paulò ante fornicatione et idololatriâ Beelphegor contaminata, ideoque valde à Deo punita et accisa fuisset, idque in aliorum exemplum, uti dixi Num. 26, 12. Ita Abulens., Perer. et alii. Aliam causam dat Theodoretus quæst. ult., videlicet, quod Simeon auctor fuisset insidiarum, quas fratres struxerunt Joseph, quâ de causâ Simeonem præ aliis fratribus Joseph victum detinuit, Genes. 42, 25. Sed eodem argumento, nec Ruben benedici debuisset, ob incestum ab eo admissum.

VERS. 7. — HÆC EST JUBE BENEDECTIO : AUDI DOMINE, VOCEM JUDE, id est, ut Chald. : *Suscipe, Domine, orationem Jude, cum egressus fuerit ad bellum, et ad populum suum introduce eum*, id est, robur contra hostes illi da, ut suam terræ sanctæ partem et sortem victor obtineat. Minus ergo rectè exponit Lyran. sic, q. d. : Introduce Judam post mortem in limbum, ut ibi jungatur patribus suis et populo suo. Sequitur propheta de Judâ :

MANUS EIUS PUGNABUNT PRO EO, q. d. : Judas pugnabit pro populo Israel, et dux belli et princeps tribunalum; id ita factum esse patet Judic. 1, vers. 2. Hæc de causâ Moses præcepit hic Judam Levi, qui tamen Judâ erat senior. Ita Abul.

ET AMBOS ILLIUS CONTRA ADVERSARIOS EIUS ERIT, scilicet Deus, ut patet ex Chald. et Sept., qui vertunt, *eris*, scilicet, *Domine*; hunc enim initio versus compellavit Moses, dicens : *Audi, Domine, etc.*

VERS. 8. — LEVI QUOQUE AIT : PERFECTIO TUA, ET DOCTRINA TUA VIRO SANCTO TUA, scilicet competit et debetur; hebræicè est : *Tuum est tui sunt, tui sunt virum, viri videlicet pii tui*, puta Aaronis, QUÆ PROBATA IN TENTATIONE (qui locus hebræicè dicitur *massa*, Exodi 17, v. 7), ET JUDICASTI AD AQUAS CONTRADICTIONIS, Numer. 20, q. d. : Tue sunt, ô Levi, tibi que data sunt vestes sacerdotales, ac consequenter ipsum sacerdotium; vestes, inquam, ephod et rationale, quibus inscriptum est *urim* et *tummim*, id est, illuminatio, sive doctrinæ et integritatis, sive perfectio vite, quibus fulgere, populoque præluere debet sacerdos, de quibus dixi Exodi 28, 50, ut Chald. clarè vertit : *urim* et *tummim* (duos hinc sunt) annuunt consuetudinem.

*urim*, id est, perfectione et doctrinâ *inameti virum, qui inventus est sanctus coram te*. Porro, hæc Levi data sunt, quia data sunt Aaroni, prognato ex tribu Levi, qui fuit vir pius et sanctus, nisi quod peccarit, cum eum, ô Domine, probasti et judicasti, id est, condemnasti, ne ingrederetur terram promissionis; id factum est ad aquas Contradictionis. Num. 20, 12. Aliter hæc explicat Abulens., q. d. : Tu, Domine, perfectionem vite, et integritatem legis ac doctrinæ didisti viro sancto, id est, Mosi, qui fuit oriundus ex Levi, ut eandem populo, sed maximè Levitis suis communicaret. Verùm ex hebræo patet priorem sensum esse genuinum.

VERS. 9. — QUIDPIDI PATRI SUO ET MATRI SUÆ : NESCO VOS, ET FRATRIBUS SUIS : IGNORO VOS; ET NESCIVIT FILIOS SUOS, q. d. : Levi, id est, Levite in punitione idololatriarum, puta adorantium vitulam auream, Exodi 32, v. 28, non sunt miseri aulicorum et cognatorum, ac fratrum et filiorum suorum, sed occiderunt eos, æquè ac alios, perinde ac si eos non novissent imò non vidissent, vel aspexissent, ut habent hebræa.

Putat Abulens., *ad patri et matri*, hic addi per exaggerationem; nec enim ullum Levitam, occidisse patrem, vel matrem, eò quod nullo casu aut crimine licet filio occidere patrem vel matrem, utpote auctores vite sue, nisi Deus expressè hoc mandet; fratres autem saltem ex altero parente genitos, item filios suos occidisse; nam ob crimen idololatriæ licet occidere filios, ut patet esp. 15, v. 6 et 10.

Verùm æquè, imò magis et primò, dicitur hic de patre et matre, quam de fratribus et filiis, quòd eos in eade illâ idololatriam non respexerit Levite, nec miseri sint eorum, ut vertit Chaldeus, unde videntur ipsi sine discrimine omnes noxios, etiam patrem et matrem occidisse; hoc enim jussu Dei mandaverat eis Moses, Exodi 32, 27; licet enim tibi non exprimat pater et mater, sed tantum frater, amicus et proximus, tamen ex hoc loco satis colligitur Mosem nominasse etiam patrem et matrem; ut certè Levitis mandatum Dei de occidendis vituli cultoribus, rectè ex zelo suo ita interpretatos esse, ut etiam patrem et matrem complecteretur.

HI CUSTODIERUNT ELOQUEIUM TUUM, ET FACTUM TUUM SERVAVERUNT, puta pactum cum Deo initum Exodi 24, v. 8.

VERS. 10. — JUDICIA TUA, Ô JACOB! ET LEGEM TUAM, Ô ISRAEL! Hebr. est : *Hi docebant iudicia*

tua Jacobum, et legem tuam Israel. Noster Interpres non legit in hebræo *et ioru*, id est, docebunt, et forte hoc irrepsit, ut pro *intorsu*, id est, servaverunt, quod præcessit, aliqua exemplaria per feri *uhteti*, ad marginemlegerint *ioru*, quod postea ad *intorsu* in textu sit additum, nam sine *ioru* sensus consistit. Est enim apposito, q. d. : Levitæ servaverunt pactum tuum, quod non est aliud quam iudicia, id est, præcepta et leges tuæ. Posset secundo, retinendo *et ioru*, noster cum hebræo recte conciliari, si *ioru*, esto sit futurum, pro præterito accipias, uti accepit Vatabl. et alii; præcesserunt enim præterita; tunc enim sensus erit : Levitæ docuerunt iudicia tua, o Domine, Jacobum, videlicet hoc ipso, quo servaverunt pactum tecum initum, et pacti huius violatores ulii sunt; tunc enim ipso facto ostenderunt et docuerunt, quam rigidè iudicia, id est, leges tuæ servandæ sint.

PONENT THYMIAHA IN FERORE TUO (heb. est *bonpecha*, quod secundo verbi potest, in *narius tuis*), ET HOLOCAUSTUM SUPER ALTARE TUUM. Vatabl. rursum pro *ponent*, veritè *posuerunt*. Sensus enim est : ob hunc Levitarum zelum, tu, Domine, eos in sacerdotes delegisti, qui scilicet tibi obtulerunt, offerunt, offerentque deinceps semper thymiaha et holocausta.

Vide hic quanti Deus faciat, quàmque premiet zelum et zelosos. Est enim ipse *zelotes et ignis consumens*. « Angeli quoque, inquit S. Ambr. in psal. 118, sine zelo nihil sunt, et substantiæ suæ amittunt prærogativam, nisi eam zeli ardore sustentent. » Denique angelo Laodiceæ dicitur Apoc. 3, 15 : *Scio opera tua; quia tepidus es, et nec frigidus es, nec calidus, incipiam te vomere ex ore meo. Zelum habere debet sacerdos, qui incorruptam servare studeat Ecclesiæ castitatem. Zelus, Dei vita est. Zelum habuit Elias; et ideò raptus ad cælum est : Zelans, inquit, zelavi Dominum. Zelum habuit Mathathias, et ideò adeptus est gloriam et imperium gentis suæ. Zelum habuit Moses percussit Ægyptium opprimentem Hebræum, et rectè : Zelus enim purgat facinus. Ex zelo clamavit rex David psal. 118, 159 : *Tabescere me fecit zelus meus; quia obtuli sunt verba tua inimici mei.* Et Jerem. 9, 1 : *Quis dabit captivi meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum?* Christus ex zelo videns civitatem Jerusalem, flevit super eam. Paulus : *Emulor, inquit, vos Dei emulatione; etc. : Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror?* Zelum S. Stephani vide Actor. 6 et 7. Zelabat*

sponsa in Cant. : *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo; et sponsus : Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum; quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus emulatio. Lampades ejus lampades ignis atque flammularum. Zelum Moses præcepit Levitis, dicens Exod. 52, 26 : Si quis est Domini, jungatur mihi, et occidat unusquisque fratrem et amicum suum; et Christus nobis : *Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut ardeat?* et : *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, etc., adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus.**

Zelus hic necessarius est prelati: hinc Deus in Ecclesia veteri, præfecit Moysen; in novâ, Petrum et Paulum, ob zelum. In republica veteri regem constituit Davidem, dicentem psal. 68, 10 : *Zelus domus tuæ comedit me;* in novâ Constantinos, Theodosios, Carolos, Bullianos, zelo fidei ardentes. Zelus S. Antonii compescuit Arianos, Apphæatis Valentem imperatorem. Historiam vide apud Theod. lib. 4 Hist. c. 24. De zelo S. Francisci vide Bonav. in ejus Vita lib. 4, c. 9. Hunc zelum maxime acuit cogitatio æternitatis. Quis enim contra peccata non zelat, si cogitat illud : *Momentum quod delectat, æternum quod cruciat?* quis pro felici æternitate sibi aliisque asscurandâ, labores omnes, dura omnia non ambiat? Hoc cogitant, hoc faciunt prælati et sacerdotes, quos deest esse sutores æternitatis.

VERS. 11. — BENEDEC, DOMINE, FORTITUDINEM EJUS. Prophetia est per modum orationis de Machabeis, prognatis ex Levi, unde Hebræa sic veritas : *Benedic, Domine, exercitui ejus, et accepta sint tibi opera manuum ejus, bella videlicet, quæ contra hostes tuos gesturus est Levi, per Machabeos. Ita Abul.*

Nota. Fortitudo hic vocatur primo, fortis et invictus animus, quo Levitæ propter Deum truncarunt affectum erga parentes et fratres. Secundo, fortis et strenua vindicta, quam exerceverunt in adorantes vitulum aureum. Tertio, fortitudo bellica, quam contra Antiochum et alios hostes Machabeis ostensuri erant; hanc enim significat hebræum *chai*; inde enim milites et viri strenui vocantur *antè chai*.

VERS. 12. — ET BENJAMIN AIT. Post Levi benedicit Benjamin, quia in ejus sorte edificandum erat templum, in quo sacerdotes et Levitæ erant positi thymiaha et holocausta. AMANTISSIMUS DOMINI. Quia sicut Jacob di-

lexit suum Benjamin, ita et Deus, unde primo sceptrum et potestatem regiam illi in Saule (hic enim fuit ex tribu Benjamin) tribuit. Secundo, in sorte Benjamin, puta in Jerusalem, edificatæ voluit templum.

Mysticè hæc omnia competunt S. Paulo, qui fuit ex tribu Benjamin. Ita Raban., Rupertus et S. Ambros. lib. de Benedict. Patriarch. c. ult.

HABITABIT CONFIDENTER IN EO, DEO SUO scilicet, q. d. : Benjamin in sua sorte habitabit sine timore, quia habebit Deum secum in templo et habitaculo suo, in eoque securè conquiscescit, et quasi habitabit. Causam subdit, quia scilicet Deus est in Benjamin, puta in templo suo.

QUASI IN THALAMO TOTA DIE MORABITUR, ET INTER HUMEROS ILLUS REGIESCET. Est hebraismus, inter humeros, id est, in medio tribus Benjamin; nam quod est inter humeros, est in medio. Secundo per humeros alludit ad situm templi, quod erat in sublimi parte montis Morja, non tamen in ejus vertice, sed, ut placet Hebræis, 24 cubitis infra ejus apicem, uti humeri sunt infra caput, et supra reliquum corporis. Ita Perer. in Gen. 49, 27. Vatabl. hæc veritè optative sic : *Sit integer eum tota die, et inter humeros ejus habitet, q. d. : Utinam Dominus habitet in medio Benjamin, et preteget eum omni tempore!* Atque hæc de causâ tribus Benjamin fuit robustissima, utpote à Deo suo adjecta et roborata, ut patet Judic. 20, 16. Cajetan. hæc refert ad Benjamin, q. d. : Ipse Benjamin requiescat inter humeros Dei, imò in ipso Deo, quasi in thalamo suo. Sed prior sensus est convenientior, ut non Benjamin, sed Deus hic intelligatur, quasi verbi suppositum, illudque exigunt hebræa.

VERS. 15. — JOSEPH QUOQUE AIT. Joseph erat frater senior Benjamin; hic duas habuit proles et tribus, scilicet Ephraim et Manasse, quibus nomine patris sui Joseph, hic benedicit Moses.

De (id est, in) BENEDECTIONE DOMINI TERRA EJUS, q. d. : Benedicet à Domino erit terra Joseph, patet ex hebræo.

DE FONTE CÆLI, id est, in pomis, quæ cæli, solis et lune influxu nascuntur, erit benedicta terra Joseph, copiamque habebit pomorum, roris et frugum; præposito enim *de*, hic et in seqq. capitulo pro *in*; sic enim Hebræi sæpe *beth* propositionem, cum *in* commutant.

ATQUE ABYSSO SUBJACENTE, q. d. : Terra Joseph, scilicet quam occupabant Ephraim et Manasse, erit benedicta ob fontes, et terrâ infernâ

jugiter scaturientes, infer abyssis; sicut superne benedicta erit ex cæli, solis, lune et siderum influentiâ.

VERS. 15. — DE VERTICE ANTIQVORVM MONTIVM, q. d. : Quæ poma nascentur in vertice montium prisorum, sive cacuminum æternorum, id est, qui fuerunt ab initio mundi; hoc enim est quod rhythmicè explicans subdit : *De pomis collium æternorum.* Inuit Moses, hos colles ab initio mundi fuisse fertiles et pomiferos. Hæc benedictiones dedit et Jacob pater Joseph. Gen. 49, 26.

VERS. 16. — BENEDECTIO ILLIVS (DEI) QUI APPEARIT (MOSE, EXODI 5, 2) IN RUBO VENIAT SUPER CAPUT JOSEPH, ET INTER VERTICEM NAZAREI INTER FRATRES SUOS. Nominatur hic Deus apprensus in rubo, quia sicut Deus in rubo apparuit soli Mosi, in loco deserto, cumque ducenti populi constituit, ita Ephraim et Joseph) allocutus est, equis regnum decem tribuum prædixit, et quæ consignavit, 3 Reg. 11, 29. Benedicet ergo Dei, qui Mosi apparuit in rubo, manifestanda per Abiam prophetam, et ventura super caput et verticem Joseph, fuit corona regis; unde Septuag. vertunt, qui super verticem glorificatus est in fratribus. Item innunt hebræa, et noster, dum explicando subdunt : *Et super verticem nazareti inter fratres suos; meritum enim Joseph, quo tribui suæ meruit hæc coronam, insinuat, cum ipse vocatur nazareus inter fratres suos; eò enim quod Joseph à fratribus fuit venditus et separatus, meruit inter eos principatum et regnum in posteris suis. Ita Cajetanus.*

Nota. Joseph fuit nazareus, id est, separatus, primo, quia sanctus erat inter fratres; secundo, quia venditus fuit in Ægyptum, separatus, claususque in diuturno carcere; tertio, quia in carcere mansit intonsus, commanque ut nazareus aluit, quæ postea, cum ex eo eductus est, ei attonsa fuit, Genes. 41, 14, ita Rupertus; quarto, quia hoc hæc separatus et exaltatus fuit ad principatum in Ægypto apud Pharaonem; quinto, quia ob hæc eadem separandus et elevandus erat in posteris suis ad coronam regiam; sexto, quia hæc corona ei obtigit, quando Israel, id est, decem tribus separarunt se à domo David, et à duabus tribubus, puta, Juda et Benjamin, constituendo sibi pro Rejoam, proprium regem Jeroboam, qui erat de tribu Joseph. Ita Cajet.

VERS. 17. — QUASI PRIMOGENITI TAURI (Hæbræo. *Chad, for*, unde gravum et latium

taurus) REFERRENDO ERES, quia videlicet Joseph ob pulchritudinem, ab heri sua velut lasciviente vacca, eum taurus juvenentus, formosus, et inter ceteros egregius, ad stuprum appetitus est; quia verò ipse ejus libidini fortiter resistit, hinc de eo subditur: CORNUA RHINOCEROTIS CORNVA ILLIUS, inquit Rupert. Secundo, et aptius, q. d.: Sicut primogenitus tauri vitulos, est pulcher, torosus, robusto et magno corpore, quia robor est patris, in quo scilicet genuendo et formando taurus primam omnemque suam vim exeruit; ita et tribus Joseph, puta Ephraim, erit fortissima habebitque hellicae acies et cornua ita valida uti sunt cornua rhinocerotis, quibus VENTILABIT, id est, exagitant, profligabit, et quasi in ventum disperget, cunctas hostiles, usque ad terminos terrae: scilicet suae, et sibi vicinae, puta Palaestinae et Syriae; est hyperbole.

Nota. Primo Josephum comparat tauro, primo, quia ipse ob agriculturam servatum, et bene provisam, colendus erat in Aegypto; et illius sepulcrum exornandum erat simulacro bovis, qui agriculturæ est symbolum; vide dicta Gen. 14, in fine. Secundo, quia posteri ejus reges futuri, alios superaturi erant robore et magnitudine, sicuti taurus præcellit armentum. Sic Homerus Agamemnonem comparat tauro; est enim taurus symbolum regis, ut docet Diogenes Orat. 2 apud Dionem.

Nota secundo. Dicit *cornua*, non cornu rhinocerotis, quia rhinoceros, præter unum cornu aduncum, quod habet in naribus, aliud habet cornu parvum supra nasum, sed validissimum, uti ex Pausania Eucherio, Pierio, et Lusitanorum experientia docet Raderns noster in lib. 1; Martial, de Spect. epigr. 22. Hinc hebr. vocatur *reem*, à radice *raam*, id est, exaltavit, eò quod cornu in altum tollat, vel motu ad feriendum, vel potius quòd fortitudine et robore, coram suam super omnium animalium cornua exaltet, hoc est validius potentisque esse demonstrat. Quocirca Psaltes ps. 91, 11: *Exaltabitur*, ait, sicut unicornis (hebr. *reem*, quod alii vertunt, *rhinoceros* vel *rhinoceros*) *cerua meum*, q. d.: Sicut reliquorum animalium coram robore, pulchritudine ac soliditate, à cornu rhinocerotis superantur, ita super omnium regum et gentium vires et regna meum regnum et dominatus exaltabitur et crescet. Ita Vitalpando in Ezech. c. 27, p. 21.

Alleg. Joseph nazareus, à fratribus venditus, significat Christum nazareum à Judæa et Judeis suis venditum, et Pilato mortique

traditum. Pulchritudo ejus est ut tauri; quia Christus alicui mansuetus est ut salvator; alii scævus ut iudex, instar tauri. Cornua ejus sunt cornua crucis; quia cruce, ipse nunc per fidem ventilat omnes gentes, eas sibi subjiciens, credentesque et sanctos à terrâ in cælum transferens, et in fine mundi incredulos omnes et reprobos ventilabit per iudicium et sententiam condemnationis dispergens, et deturbans eos de terrâ in infernum. Ita Tertull. lib. contra Judeos c. 10; Ambr. lib. de Benedict. Patriarch. c. 11; August. q. 56; Rahan, hic, et Justinus contra Tryphoa. p. 70, ubi docet monocerotis (sic enim ipse legit cum Septuag. qui passim pro rhinocerote vertunt, *monocerotem*, id est, unicornem) cornua gerere typani et similitudinem crucis. Vide dicta Numer. 25, 22. Audi Tertull.: cum enim citasset hunc Deuter. locum, subdit: « Non utique rhinoceros destinabatur unicornis, nec minotaurus bicornis, sed Christus in illâ significabatur taurus, oâ utramque dispositionem, alii ferus ut iudex, alii mansuetus ut salvator, eujus cornua essent crucis extrema. Nam et inantemâ navis, quæ crucis pars est, extrimitates cornua vocantur; unicornis autem mediâ sibi palus. Hæc denique virtute crucis, et hoc more cornutus universas gentes, et nunc ventilat per fidem, auferens à terrâ in cælum, et tunc ventilabit per iudicium, dejiciens de cælo in terram.

VERS. 18. — ET ZABULON AIT: LETARE, ZABULON, IN EXITU TUI, puta in portibus, navigationibus et protectionibus ad negotiationes tuas. Habitabant enim Zabulonite in littore maris Mediterranei. Vide dicta Gen. 49, 15.

ET ISSACHAR, IN TABERNACULIS TUIS, quia Issachariani, non mercimonis, sed agriculturæ domi suæ quiete erant vacaturi.

VERS. 19. — POPULOS VOCABUNT AD MONTEM, q. d.: Issachar et Zabulon tum verbo (erant enim ex eis doctores), tum exemplo suo, invitabant alias tribus ad templum in monte Sion, ut in eo piè et religiose Deum adoret et colant, ibique sacrificarent victimas iustitiae, id est, legitimam et justam, quæ lege Dei prescripta sunt. Secundo, *justitiae*, id est, ex opibus non inique, sed justè partis, ait Cajetan, quia, ut sequitur, INUNDATIONEM MARIIS NAVILAC SEGET, q. d.: Quia merces et opes quaslibet, per undas maris navibus importatas, accipient, ET THESAURUS ABSCONDITUS ARENARUM, puta gemmas, aurum et metalla, quæ è terrâ eruantur (hæc enim arenis immisceantur et oc-

cultantur, quasi thesauri), per mare advecta accipient. Septuag. vertunt: *Divitias maris locabunt te, et emporia maritimanum habitantium; vel, ut Theodor. legit: Divitias maris segent; et mercaturam habitantium juxta mare; Onkelos: Facultatem populorum concedent, et thesauri qui absconditi sunt in arenâ, revelabuntur eis.*

Allegor. melius, inquit Rupert, et propheticè spiritu dignius, hæc ad doctrinam Christi et ad Apostolos referemus. Nam in terrâ Zabulon et Nephthali præcipuè versatus est et docuit Christus, unde et in Nazareth conceptus est, et in Thabor transfiguratus; Nazareth enim et Thabor sunt in Zabulon; ibi et Apostolos collegit, qui populos vocarunt ad montem, id est, ad Ecclesiam. Hi inundationem maris suxerunt, id est, multitudinem gentium dulci prædicatione in unam fidem, quasi in suum, id est, Christi, corpus trajecerunt; suxerunt et thesauros absconditos arenarum, quia suaviter liberunt profunda Scripturarum, arcana legis et Prophetarum. Rursum, ad litteram Ecclesia suxit lac gentium, et mamilla regum lactata est, atque accepit pro ære aurum, pro ferro argentum, pro lignis et lapidibus ferrum; cum ex donatione regum et principum opes eas adepta est, quas prædixit Isaias c. 49, 25, et c. 60, v. 6; hinc Zabulon hebr. idem est quod *habitaçulum fortitudinis*; Issachar, idem quod, *est merces*, q. d.: Letamini, o Zabulon et Issachar, id est, o Apostoli Christi, quia vobis fortiter omnia relinquuntibus, fortiterque evangelizantibus, et adversa quævis propter justitiam sustinentibus, temporalia bona non deerunt; et insuper copiosa merces in oculis vobis reponetur; ergo in illo exitu vestro, in illis coelestibus habitaculis et præmiis vestris letamini et exultate.

VERS. 20. — ET GAD AIT: BENEDICTUS IN LATITUDINE GAD. Hebr. est, *dilatabit se Gad*, id est, latam et amplam sortem et possessionem in Chanaan obtinebit, uti patet Josue 15, 24.

QUASI LEO REQUEVIT, CEPTIQUE BRACHUM ET VERTICEM, q. d.: Tribus Gad erit impavida et fortissima ut leo, qui simul rapit caput et humeros, id est, qui uno quasi ictu ex suâ prædâ, puta ex animali quod venatus est, abscondit vel abrumpt caput et humeros.

VERS. 21. — ET VIDIT PRINCIPATUM SUUM. Hebr., *et vidit principium suum*, id est, ut Chald., *inspiciet in principio partem suam.*

Principium enim sortis et possessionis Hebræorum fuit terra Og et Sehon, quam possederunt Gaditæ, antequam alie tribus transirent Jordanem, et in Chanaan suam sortem obtinerent, q. d.: Tribus Gad prima sibi sortem et ditonem elegit, eamque jam ante alias tribus possidet, in terrâ regum Amorrhæorum, Og et Sehon.

ET VIDIT (id est, mox videbit et cognosce) QUOD IN PARTE (id est, sorte) SUA REPOSITUS SIT DOCTOR, id est, sepultus sit Moses legislator; ita Chald.; nam juxta montem Nelo, cis Jordanem, sepultus est Moses. Licet enim Nelo, et sepulcrum Mosis propriè fuerit in tribu Ruben, tamen, quia erat trans Jordanem, in quâ regione eminebat et quasi dominabatur Gaditæ, hinc hoc eis attribuit Scriptura. Inuit Moses, Gaditas petisse hanc sortem, non tantum ob pascua suorum gregum, sed etiam quia sciebant in eâ sepeliendum esse Moysen, suum ducem et legislatorem. Sciebant enim Moysen à Deo prohibuit esse transitu Jordanis ac proinde moriturum eis Jordanem, in ipsorum sorte. Aliter vertit Vatabl., scilicet, *vidit ibi (in sorte suâ) partem legislatoris laqueam*, id est, palatia laqueata et splendida principum; vestrum hoc novum et obscurum est.

QUI FUIT CUM PRINCIPIBUS FORULI, id est, cum principibus novem tribuum, cum scilicet in transitu Jordanis Gaditæ præcesserant ceteras tribus in acie, ad expugnandum Chanaanos, sicuti jusserrat Moses, ipsique ei promiserant; itaque GAD FECIT IUSTITIAS DOMINI, ET JUDICUM SUUM CUM ISRAEL, id est, fecit Gad id quod ex pacto et officio suo erga Deum, et erga contribulentes suos Israelitas facere debuit; ita Vatabl.

VERS. 22. — DAN QUOQUE AIT: DAN CATTULUS LEONIS, FLEUIT LARGITER DE BASAN. Pro *fleuit largiter*, hebr. est verbum *naaac*, quod hic tantum reperitur, pro quo Septuag., Vatabl., Cajetan, et alii vertunt, *saltabit*, siquæ explent, q. d.: Dan instar cattuli leonis fortissimi et rapacissimi, quales soboles esse in Basan, proscillet, irruetque in hostes, ut sit propheta de Sansone, qui fuit Danita et fortissimè insiliit in Philisteos. Rursum de Danitis subitò irruentibus in Lais, Josue. 18, v. 7 et 27.

Verum subtilius noster interpres cum Chald. intellexit, hic duas benedictiones dari tribu Dan, scilicet primò, quòd esset bellicosus, et cæcis lionis, in Sansone, et alius jam dictis; secundo, quòd in Dan esset origo Jordanis, fluvii celeberrimi in Scripturâ.

Pro quo nota. Ludit Moses in voce Dan: jam enim per Dan intelligit tribum, scilicet cum ait: *Dan catulus leonis*: mox verò per Dan accepit fontem vel fluvium tribus Dan, scilicet cum addit: *Fluct largiter de Basan*, posset tamen utrobique eodem modo accipi pro tribu et urbe Dan; si sic exponas: Urbs Dan largiter fluet, scilicet per summi fluvium Jordanem, quem ex se quasi emittit.

Pro quo nota secundò. Dan est rivulus, qui ex Phiala fonte, sito in Panio, ad radices Libani, per subterraneos meatus oritur, fluitque ad civitatem, quæ inde Dan pariter est dicta (quæ postea dicta est Paneas, et Casarea Philippi), ibique in eum alius rivulus influit, cui nomen est Jor; unde ex confluxu tam nominum, quam rivulorum *Jor et Dan*, conflatur et dicitur Jordan, sive Jordanis; vide Adrichomium in tabulis geographicis terræ sanctæ. Jam quia Dan, vel potius Jordan, in hoc confluxu, qui est juxta urbem Dan, cum impetu, largiter et quasi dupliciter fluere incipit, adeò ut irriget et fecundet totam Basanitidem, quæ propè urbem incipit, hinc dicitur saltare de Basan; sic enim vulgò dicimus, fontes et flumina saltare, vel desilire, quando in copiâ et cum impetu decurrunt et feruntur in præceps. Unde pro, *saltabit*, tam nôster, quam Chald. verbum, *largiter fluet*, q. d.: Dan rivulus ex Libano et Panio fluet in urbem Dan, ibique confluet cum *Jor* rivulo, fietque Jordan; quapropter saltabit, id est, cum impetu et largiter fluet de Basan, quia regio Basan incipit juxta urbem Dan, et protenditur per totum decursum Jordanis, usque ad rivulum Jehoc.

Paulò aliter hæc explicat Lyran, et Cajetan, scilicet, q. d.: Fluvius Dan, qui est origo Jordanis, oritur et absconditur in Panio et Phiala; inde per subterraneos meatus erumpit et exiit in Basan; vocaturque Dan; hoc autem erumpere, vocatur hic saltare; sed errant in chorographiâ: nam fluvius Dan non erumpit in Basan, sed multò ante quam veniat ad Basan.

VERS. 25. — ET NEPHTHALI DEDIT: NEPHTHALI ABUNDANTIA (copiâ frugum et opum) PERFRAUERTUR. Hebr. *est, satur erit voluntatis*, id est, habebit quicquid volet, vel, ut Oleaster, liber erit, faciet quod volet, quasi cerva emissa, ut ait Jacob Gen. 49: 11, id est, quæ ELEUSIS ERIT BENEDICTIO DOMINI. Quod maxime, inquit Cajet., ermetur in eo, quòd in Nephthali præcoeces maturescent fructus, ex quibus primitivè offerantur Deo in *teosol*.

MARE ET MERIDIEM POSSIDENT; q. d.: Sors Nephthali extendet se ad mare Mediterraneum, et ad plagam meridiam; ita aliqui. Verum, quia inter sortem Nephthali et mare, interjacet tota sors Aser, et tota Phœnicia, hinc secundò et verius, q. d.: Nephthali extendet se ad mare, id est, ad occidentem et ad meridiem; mare enim significat occidentem in Scripturâ, quia mare Mediterraneum est ad occidentem Judææ; vel tertio, q. d.: Ad Nephthalitas merces et opes advehentur ex meridie et ex mari, id est, ex occidente; eas ergo possidebit Nephthali. Nam Nephthalitæ erant contermini Phœnicibus, putata Tyriis, Sidoniis, etc., unde ab his totius orbis merces facit habere poterat.

VERS. 24. — ASER QUOCUMQUE AIT: BENEDICTUS IN FILIIS ASER, q. d.: Aser multas et decoras gignet proles; unde placebit et gratus erit fratribus suis.

TINGAT IN OLEO PEREM SULM, abundet olivèis et oleo, ita ut in eo ceu aquâ pedes lavare possit, præ abundantia. Similis phrasit et catachresis est v. seq. et Job 29, 6, ubi Job ait: *Lavabam pedes meos butyro*.

VERS. 25. — FERRUM ET ÆS CALCEAMENTUM EJUS. Est catachresis, q. d.: Aser abundantè fodinis æris et ferri, quantum alii abundant corio, ita ut inde calcæos sibi conficere possit, si velit; cujus indicium est urbs Sarepta, quæ huic tribui data est, Josue 19, 50, quæ à metalli officinis conlatis nomen accepit: *tsaraph* enim conlare significat; inde dicitur *Sarepta*, quasi dicas: Fornax, vel urbs conlatoria.

Nota. Ferrum æquæ ac æs prisais erat in pretio. Ita Lycurgus apud Lacedæmones pecuniam auream et argenteam substiuit, et pro ea substiuit nummos ferreos, eosque ingentes et ponderosos, ut avaritiam et furta excluderet, ut refert Plutarchus in Lycurgo. Secundò, Cajet. metonymicè per calcæamentum accipit possessionem: hæc enim adiri solet calcæis, calcando rem possidendam, ut patet psal. 59, 9. Tertio, Procop. sic explicat, q. d.: Aser erit robustus, summe robur perpetuò servabit, perinde ac si serè et ferro calcæatus esset. Quarto, Masius in Josue 19, per æs et ferrum Barbarorum vires accipit, qui Aseritas præserunt, uti pedem premit calcæus, præsertim ferreus; nam in Galilæa magna erat gentium barbararum copiâ, quarum vires frangere non poterunt Aseritas. Inter hos sensus, primus simplicior et planior videtur.

Tropol. S. Greg. 54 Moral. 5: 1 sub Aser

specie, ait, Ecclesiæ sancta designatur; calcæamentum significat munimen prædicationis, ferrum virtutem, æs perseverantiam. Ferrum ergo et æs calcæamentum ejus dicitur, cum prædicatione ejus animæ simul, et constantia munitur; per ferrum enim mala adversantia penetrat; per æs autem bona quæ proposuit, longanimiter servat.

SICUT DIES JUVENTUTIS TUE (scilicet sunt, et erunt placidi, floridi et robusti), ITA ET SENECTUS TUA, erit placida, florida et robusta.

VERS. 26. — NON EST DEUS ALIUS, ET DEUS RECTISSIMUS, putâ Israelis, qui *iescuran*, id est, rectissimus, dicitur, ob rectissimam fidem et religionem, ut dixi c. 32, 15.

ASCENSOR COELI, hebr. *qui caelis inquitur*; coeli enim totiusque mundi sunt quasi equus sesoris Dei, qui cum habens providentiæ suæ regit et regat quò vult. Ergo hic mundi auriga et rector est ARCILLATOR TUUS, ut scilicet celebrerit et repente advolet, utpote exilis et nubilus, quasi equis velocissimis inequitans; utque de caelis pro te lapides et fulmina in hostes vires, solum stare faciat, etc., inquit Cajet. Non est ergo, o Israel, quòd Chananæos, quòd Philistæos, quòd homines, quòd demones timeas, hos enim omnes magnus hic equus uno lanceæ ictu confodiet; quare animos ingentes cape, pugna viriliter, certò vinces et triumphabis.

MAXIMIENTIA EJUS (magnâ ejus sapientiâ et potentiâ) DISCURRUNT NUBES.

VERS. 27. — HABITACULUM EJUS SERSEM, quia Deus habitat in se, suæque æternitate, item in celo empyreo, ubi suam majestatem et gloriam sanctis exhibet. Hebr. est, *habitaculum Dei est antiquitas*, id est, æternitas, inquit Cajet., vel, qui (scilicet nubes et æther) sunt *habitaculum Dei ab antiquo*. Ita Vatab. ET SUBTER BRACHIA SEMPTERNÆ. Hebr., *et subter brachia seculi*, q. d.: Sub Deo, et Dei æternitate sunt angeli vel coeli, qui quasi brachia Dei sunt sempiterna. Ita Abul.; sic et Cajet.: Æternitas, inquit, quæ est Dei habitaculum, est supra; sed subter eam sunt brachia, id est, extensiones et durationes cujusque seculi: omne enim seculum, et omne tempus ambt æternitas, quoniam vires potentiaque cujuscumque seculi oriuntur de et sub æternitate, sive sint vires angelorum, sive corporum cœlestium, sive inferiorum. Unde secundò, ex hebræo sic veritas: *Sub brachiis ejus est secretum*, q. d.: Deus sursum per oculos in immensum protendit suæ potentie brachia, et sub hisce ejus brachiis omnis hic mundus, omne tempus, omnesque res hujus seculi conti-

nentur, diriguntur et decurrunt. Tertio, et aptius, q. d.: O Israel, Deus auxiliator tuus; licet habitat sursum, non tamen inferiora et res immanas, tuasque negligit, sed eas curat, regit et providet; quia sub celo habet potentie suæ brachia sempiterna, infatigabilia et omnipotentia, quibus mundum, omnesque res mundi complectitur, stringit, movet, dirigit, protegit et gubernat; vel, ut Vatab.: O Israel, Deus tam infernè quàm supernè te cingit, amplectitur, defendit et regit; supernè enim protegit te sub se suoque celo, sicut togarium homines protegit ab injuriâ aeris: infernè verò quasi sub te, habet sua brachia infatigabilia, quibus te stringit, in quibus securè recubas et quiescis, nisi infans stringitur brachiis matris, in eisque securè requiescit, q. d.: A vertice ad calcem, sursum et deorsum, diligenter Dominus ambit Israel et custodit.

Hic pertinet et Oleastri explicatio: O Israel, Deus fuit habitaculum tuum ab initio, imò ab æternitate prædeterminationis suæ, et complectitur protegitque te, quasi quibusdam æternis et continuis brachiis.

Ascende ergo, o anima, quæ hic cum culcibus et pulcibus, cum gloriâ et luto luctaris; extende te, et ascende ad ascensorem coeli; Deum tuum, qui habitat in altissimis montibus æternitatis. Ibi posita despice, et vide quàm modica sint, quæ hic te suæ vel cupiditate alligant, vel terrore percellunt; vide quàm exilia et fragilia sint omnia, quæ terræ puncto continentur; vide quàm præ Deo, præ æternitate exigua sint creata omnia, quàm vana, infirma, brevia, imò nihilum sint; unum ergo summum et immensum bonum ambi, cætera parvi æstima; Deo nixa, sublimata, et dilatata, pedibus tere quicquid sub sole, sub luna vel blandum allicit, vel terribile minatur. Æterna cogita. Demon obsides caelum, adductus ad S. Hilariorem, cepit terribiliter furere quasi cum devoraturus; qui sanctus: *Non me terrea, diabole, tantâ mole corporis, et in vulpecula, et in camelo idem es*; mox coram eo corruit, et mansuetus planè camelus effectus est. Ita S. Hieron. in Vita S. Hilarii.

Talia sunt omnia blandimenta, omnia tentamenta mundi. Quid speras? quid amas? quid times? ascensor coeli auxiliator tuus; ipse brachiis suis sempiternis te complectitur et tuetur; isdemque hostes tuos, qui vel alligant te, vel terrant, stringit ita arctè, ut omnes uno ictu quasi putices occidere, imò annihilare possit. Voluptas ergo gule aut libidinis te sollicitat?

modica est, despice, aeternam cogita. Torrente mine, tyranni, ærumme, paupertas? modica sunt, despice, aeterna cogita.

**ELICIT A FACIE TUA INIMICUM, DIETQUE: CONTERERE.** Ita legendum cum Chald., Septuag. Rom., ut scilicet in hebr. aliis punctis legamus *hissamed*, id est, *conterere*, passivè; nam *hissamed* est imperativus passivus niphali. Jam aliis punctis legunt activè in hiphali, *hasmed*, id est, *contere*, vastato, scilicet tu, ô Israel, inimicos tuos. Jam, *dicit: Contere*, id est, faciet ut conteras. Dei enim dicere est facere. Sed prior lectio et sensus aptior est et planior.

**VERS. 28. — OCVLUS JACOB,** id est, oculus Jacoborum, sive posterorum Jacob, subaudi videlicet, fruetur et delectabitur in terra frumentis ET VINI.

**CVLQUE CALGABUNT RORE,** q. d. : Tanta erit roris, herbas et agros irrorantis et fecundantis copia, ut aerem et colos obscuret, solisque aspectum adimat.

## CAPUT XXXIV.

1. Ascendit ergo Moyses de campestribus Moab super montem Nebo, in verticem Phasga, contra Jericho, ostenditque ei Dominus omnem terram Galaad usque Dan,

2. Et universum Nephthali, terramque Ephraim et Manasse, et omnem terram Juda usque ad mare novissimum,

3. Et australem partem, et latitudinem campi Jericho, civitatis Palmarum, usque Segor.

4. Dixitque Dominus ad eum: Hæc est terra, pro qua juravi Abraham, Isaac, et Jacob, dicens: Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis, et non transibis ad illam.

5. Mortuusque est ibi Moyses servus Domini, in terra Moab, jubente Domino;

6. Et sepelivit eum in valle terre Moab contra Phogor; et non cognovit homo sepulcrum ejus usque in præsentem diem.

7. Moyses centum et viginti annorum erat quando mortuus est; non caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti sunt.

8. Fleveruntque eum filii Israel in campestribus Moab triginta diebus; et completi sunt dies placentis ingentium Moysen.

9. Josue vero filius Nûn repletus est spiritu sapientie, quia Moyses posuit super eum manus suas. Et obediunt ei filii Israel, feceruntque sicut præcepit Dominus Moysi.

10. Et non surrexit ultra propheta in Israel sicut Moyses, quem novisset Dominus facie ad faciem,

11. In omnibus signis, atque portentis, quæ

**VERS. 29. — QUI SALVABIS IN DOMINO,** id est, per Dominum, ope Domini, qui est scutum AXILII TUI, ex quo scilicet omne tibi auxilium, omnisque protectio provenit.

**ET GLADIUS GLORIE TUE,** quo scilicet tibi paratur gloriosa victoria, imperium, decus et fama.

**NEGABUNT TE INIMICI TUI.** Hebr., *mentientur, tibi inimici tui*, id est, omnino subijcietur tui hostes tui; hoc enim significat hic hebraismus psal. 80, 16, psal. 63, 3, psal. 17, 46. Hostes enim devicti et capti, ut à victore veniam et gratiam impetrent, multa mentiri solent, ac dicere, se verè, et ex animo ejus non fuisse inimicos, multaque aliàs in ejus gratiam fecisse. Ita Cajet., Vatab. et alii. Aliter Abulens; ipse enim refert hoc ad Gabaonitas, qui metu Hebræorum percussis, mentiti sunt eis, negantes se esse de terrâ hostium Israel; sed Josue et Israel eorum colla caleavit, quia re cognita, non quidem occidit eos, sed subiecit servituti. Verum prior sensus est ex phrasi hebræa et Script.

## CAPITRE XXXIV.

1. Moise monta donc de la plaine de Moab sur la montagne de Nebo, au hant de Phasga, qui étoit la pointe de cette montagne, située vis-à-vis de Jéricho, et le Seigneur lui fit voir de là tout le pays de Galaad jusqu'à Dan,

2. Tout Nephthali, toute la terre d'Ephraïm et de Manassé, et tout le pays de Juda, jusqu'à la mer occidentale, c'est-à-dire, la mer Méditerranée;

3. Tout le côté du midi, toute l'étendue de la campagne de Jéricho, qui est la ville des Palmes jusqu'à Ségor.

4. Et le Seigneur lui dit: Voilà le pays pour lequel j'ai fait serment à Abraham, à Isaac et à Jacob, en leur disant: Je donnerai ce pays à votre postérité. Vous l'avez vu de vos yeux, et vous n'y passerez point, mais vous mourrez ici.

5. Moïse, serviteur du Seigneur, mourut ainsi en ce lieu, dans le pays de Moab, par le commandement du Seigneur.

6. Qui l'ensevelit dans la vallée du pays de Moab, vis-à-vis de Phogor; et nul homme jusqu'à aujourd'hui n'a connu le lieu où il a été enseveli.

7. Moïse avait cent vingt ans lorsqu'il mourut; sa vue ne baissa point pendant tout ce temps, et ses dents ne furent point ébranlées.

8. Les enfants d'Israël le pleurèrent dans la plaine de Moab pendant trente jours, et le deuil de ceux qui le pleuraient finit ensuite.

9. Pour ce qui est de Josué, fils de Nun, il fut rempli d'esprit et de sagesse, parce que Moïse lui avait imposé les mains: et les enfants d'Israël lui obéirent, en faisant ce que le Seigneur avait commandé à Moïse.

10. Il ne s'éleva plus dans Israël de prophète semblable à Moïse, à qui le Seigneur parla, comme à lui, face à face;

11. Ni qui ait fait des miracles et des prod-

misit per eum, ut faceret in terrâ Egypti Pharaonem, et omnibus servis ejus, universaque terra illius;

12. Et cunctam manum robustam, magnaque mirabilia, quæ fecit Moyses coram universo Israel.

## COMMENTARIUM.

**VERS. 2. — USQUE AD MARE NOVISSIMUM,** id est, usque ad mare occidentale, puta Mediterraneum, quod erat ad occidentem terminus terræ sanctæ.

**VERS. 5. — MORTUUSQUE EST IBI MOYSES, SERVUS DOMINI.** Mortem Moysi ita describit Joseph. lib. 4. Antiq. ult.: « Ad montem Abarim Moesen deduxit senatus solus, et pontifex Eleazarus, et imperator Jesus; in eo monte ubi constitit, senatum dimisit, cùmque post mutuos complexus Eleazarus ac Jesu ultimum valediceret, inter loquendum repente à nube circumdatus, in vallem quamdam est ablatas; in sacris autem voluminibus scripsit se mortuum, veritus ne propter excellentem ejus virtutem, à Deo raptam prædicarent. » Simili modo eam episcopi ex urbe Constantinopolitana S. Epiphanium ad navim educerent, dixit ipse ad eos: « Urben hanc et aulam imperatoris vitæque lujus actionem et fabulam vobis relinquo; ego vero abeo, in civitatem aliam transire properans, » uti refert Niceph. lib. 13, c. 45. De Mose verò prosequitur Josephus: « Vite ejus tempus universum fuit centum viginti annorum, cujus tertiam partem in imperio exegit, uno mense minus; mortuusque ultimo anni mense, die primâ mensis, qui à Macedonibus dystras dicitur, à nostris verò adar, » respondetque ferè Latinorum februario. Hebræi tamen in *Seder olan*, quos sequitur Andr. Masius in Josue 1, censent Moesen natum esse die 7 mensis duodecimi, qui dicitur adar, et eadem die post 120 annos esse mortuum.

Verum dico Moesen sub initium adar, puta tertio vel quarto die adar esse mortuum. Id ita esse probatur; nam 56 dies fluxerunt à morte Moysi usque ad transitum Hebræorum per Jordanem in Chanaan; hic autem transitus contigit die decimâ mensis primâ anni sequentis, ut patet Josue 4, v. 19; jam retrò computa 56 dies, à die decimâ mensis primâ, et incidet in diem quartam mensis ultimâ anni præcedentis. Porrò 56 dies præcisè hic fluxisse probatur: nam Hebræi luxerunt mortem Moysi per 50 dies; quibus exactis Josue misit exploratores in Jericho, qui triduo laterunt in monte; iis

ges comæ eum que le Seigneur envoya faire par Moïse dans l'Égypte, aux yeux de Pharaon, de ses serviteurs, et de tout son royaume;

12. Ni qui ait agi avec un bras si puissant, et qui ait fait des œuvres aussi grandes et aussi merveilleuses que celles que Moïse a faites devant tout Israël.

reversis, Josue movit castra ad Jordanem, ubi moratus est tres dies, ac postriede cum suis transit Jordanem. Jam adde tres et tres dies ad 50, habebis 56, quos quærimus. Ita Torriellus.

Mirum est quod in Martyrologio romano Mosi dies consignatur quarta septembris; licet enim in anno vulgari september, tamen in anno sacro (quo utitur Scip.), adar, id est, februarius, est ultimus mensis.

Nota quod ait Josephus de Mose: *Scriptis se mortuum*; ita scilicet censet ipse, Philo, et alii. Sed verius est, ut alibi dixi, hæc non à Mose, sed à Josue, vel aliquo alio esse scripta; hoc enim plane inuuit id quod dicitur v. 6: *Et non cognovit homo sepulcrum ejus, usque in præsentem diem*; unde Hebræi censent, totum hoc caput 54 scriptum esse à Josue, quibus consentit Abulens, qui tantum excipit primos quatuor versus capituli; eos enim putat scriptos esse à Mose, jamquam ascensuro in montem Nebo, cæteros à Josue.

Nota. De Moysi morte varix fuerunt veterum opiniones. Primo, aliqui putarunt eum necdum mortuum, sed translatum, ut redeat cum Henoch et Eliâ contra Antichristum. Ita opinatus est Hilar. can. 20 in Matth.; Joannes Arboreus lib. 11 Theosophie, c. 11; Cathar. in Gen. 5. Probant hoc, tum ex eo quod sepulcrum ejus non sit inventum, tum ex Apoc. 11, 6, ubi Joannes loquens de duobus testibus Christi, qui tempore Antichristi futuri sunt, subiungit: *Hi habent potestatem aquam convertendi in sanguinem, et percutere terram omni plaga*; quibus verbis videtur significari Moyses; ipse enim convertit aquas in sanguinem, et percussit Egyptum omni plaga, Exodi. 7 et seq. Eandem sententiam videtur docere S. Hieronym. in Amos 9, et Nyssen. in Vita Moysi, in fine, et S. Ambros. lib. 1 de Cain et Abel, cap. 2, eamque S. Ambrosio tribuit Viegas in Apoc. 11, et Searce 5 p. q. 45, art. 5; ibi enim asserere videtur S. Ambros. Moesen verè non esse mortuum, sed tantum dici mortuum per verbum Domini, quia scilicet jussu Domini translatus est instar Eliæ.

Hi tamen patres ab aliis excusantur, quod mysticè loquantur; S. Hieron. enim ait Moesen